

Responsum à Sigismundo primo re:  
ge Poloniae, datum Georgio marchioni  
Brandenburgensi. et Fridenico duci Legni:  
ensi. Cracovia 25. May 1524.

29

Sacra maiestas regia, illustrissimi principes,  
agit immensas gratias vestris illustris:  
simis dominationibus de hac cura et soli:  
citudine, quam gerunt, cum de bono statu  
serenissimi regis sui et nepotis maiestatis sue  
regie, tum etiam de sistendo bello et diffe:  
rentia Prutenica. Intelligit enim maiestas  
sua vestras illustrissimas dominationes in:  
tegerimo animo, et optimo proposito ac  
studio, tam erga maiestates istas et regna  
sua, quam etiam erga commune bonum  
totius christianitatis, hanc operam faure.  
Et proinde commendat impense hanc illarum  
virtutem, et vult eam illis omnibus offi:  
ciis, quibuscumque poterit, semper referre.

Quod autem serenissimum dominum Lu:  
dovicum regem nepotem maiestatis sue atti:  
net, non defuit illi unquam maiestas sua  
in omnibus necessitatibus et postulatis eius,  
neque in futurum unquam deesse vellet,  
modo ita succedere posset, ut maiestas sua  
aperet. Habet enim maiestas sua non mi:  
norem curam et sollicitudinem de rebus et  
bono statu illius maiestatis, quam de suo  
proprio

proprio, et propterea curat et curare vult  
semper illius maiestati et optima consul:  
tum iri, et illi omnibus viribus suis sem:  
per adesse.

Verum cum vestra illustrissima domi:  
nationes, praesertim vestra dominatio, illustris:  
sime domini marchio, ut ille qui cum ma:  
iestate illa sit a longo tempore versata,  
melius nosse possit, quo pacto status il:  
lius refici possit, et oportunum factu a  
maiestate sua videatur, suggerere velit ei  
id, quod intelligit, et maiestati sua consi:  
lium suum prebeat.

De negotio Prutenico, quia maiestas sua  
id bellum animo invictissimo gessit, cum  
nepote suo et principe christiano, intelligens  
quam id non conveniat, cum alias sem:  
per, tum in his difficillimis temporibus,  
in quibus vires infidelium aucta sunt in  
universum, et res christiana tota turbis  
et seditiombus intestinis agitatur, et in  
summum vergat discrimen, cuperet ex ani:  
mo bellum ipsum, cui nullam ex se occa:  
sionem dedit, honestis et decantibus medijs  
componi.

Verum non intelligit, neque liare sibi  
putat maiestas sua, quod hos modos et  
haec media per vestras illustrissimas domi:  
nationes proposita, suscipere posset, cum  
vel pacem perpetuam infringere aut minuire,

vel

91

vel aliquid bonorum alienare, etiam si vel:  
let, subditi sui nequaquam pateverunt, pro:  
ut ante Torunii iam saepius vestre illustri:  
sima dominationes audiverunt.

Posset tamen, ut putat maiestas sua,  
ad eam modam res componi et transigi,  
quem vestris illustrissimis dominationibus  
magnificus dominus palatinus Cracovien:  
sis proposuerat, videlicet ut illustris domi:  
nus magister, pro eo quod sit nepos maiē:  
statis suae, praestaret iuramentum more con:  
silianorum regni, commendatores vero ac civi:  
tates religionis, posteaque magistri, iuramen:  
tum iuxta formulam pacis perpetuae, in qua  
etiam illi articuli modificarentur, quo Toru:  
nii erant conditi, et ablata utrinque in hoc  
bello, restituerentur, videnturque haec maiestati  
suae regiae, et sufficere et tolerabilia esse  
subditis suis ad ipsam pacem perpetuam  
firmandam, alioquin non intelligit, ut ali:  
quibus aliis mediis, quae alienationem quam:  
piam bonorum continerent, componi et dirimi  
haec ipsa differentia possit. Tamen ne ma:  
iestas sua videretur reiicere et respicere haec,  
quae a vestris illustrissimis dominationibus  
proponuntur, referre illa vult ad conventum  
et consilianos suos, et super his adhuc  
aliquantum deliberare.

Ceterum intellexit maiestas sua, sectam  
Lutheranam in Slesia plurimos infeuisse,

mira:

miraturque vehementer, ut cum hæc non nova sint in ecclesia, necesse est enim semper hereses venire, et naviculam Petri fluctuare, cuius tamen fidem promisit Christus nunquam defecturam, miratur inquam maiestatem suam, quod libeat aliquibus sequi potius dogmata maledica unus apostata, quam capita religionis christiana, quam ecclesiam universalem in tot regnis et dominibus tanto seculo, tot sanctis, totque conciliis ordinatam et institutam, non intelligentes turbata religione, turbari necesse esse universa, heresesque esse inevitabilem vulgi ad res novas molientias, et ad omnem ordinem, omnique obedientiam, sub pretextu libertatis christiane, excutiendam. Quod quam ea re sit omnium dominorum et omnium prefectorum, quilibet intelligere potest, et experientia satis declarat.

Miratur etiam vehementer maiestatem suam, quod nec edicta serenissimi nepotis sui in hac re prohibenda servantur, cum magna indignitate et perpetua nota illius maiestatis, si, quod absit, sub eius regimine et imperio, religio illic corrumpi deberet, unde et ultio divina esset formidanda, si que ecclesie in Slesia destrui deberent, quas pradeuores maiestatis sue reges Polonia fundaverunt et dotaverunt.

Postulat

Postulat itaque maiestates sua à vestris  
 dominationibus, ut operam suam adhibeant,  
 quo haec pestis ex ipsa Slesia tollatur,  
 ac edicta serenissimi regis sui, ut deat,  
 observentur, cultusque divinus, uti à ma:  
 ioribus nostris nobis est relictus, teneat:  
 tur, et proventus ecclesiasticum integre per:  
 solventur.

Quo facient vestra illustitates rem  
 sua virtute dignam, et in his temporibus  
 periculosissimis, in quibus maxime Dei  
 favore opor sit, necessariam.

*[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*

*[Faint signature or name at the bottom right of the page.]*